præparatoria, & euidentialia ad nigrum,ſed eui-
dentialia debent eſſe generalia vt ait iureconſu.
in l. j. ff.ſi cert.pet. i. quod complectantur plures
materias,quibus omnibus mediantibus pręmiſſis
nigrum intelligatur. * Oze. tamen his non ob-
ſtantibus puto hanc opi. falſiſsimam eſſe , ex eo
quod docto.præſupponunt rub.eſſe generaliorem
nigro videntur arguere legiſlatorem defectiuum
in nigro & materiam prępoſitam , imperfectam
reliquiſſe.Contra l.cum Silleianum.C. de iis qui-
bus vt indignis * Ben.& Deci. quoque in l. j. ff.ſi
cert. peta. contra communem opinionem tenuit
& in rub.extra de conſt. in j. lectura , & pluribus
mediis mouetur,de quibus ibi per eum * Oze.&
adducta in contrarium modicum obſtant , nam
ru.C.de religio. & ſumpti.fune. & aleæ luſu , &
quod in nigro tantum dicatur de religio. & ſum-
pti.fun. quia ego reſpondeo , quòd imò in text.
etiam dicitur de vtroque. ſ. de religio. & de aleę
luſu,quia alearum ludus,& religioſa ſunt contra-
ria, vt in conſtitutione græca poſita in fine tit. &
370 in.§.illud in prohemio.Digeſtorum, † ſed ad ap-
poſitionem vnius contrarij,ſequitur poſitio alte-
rius vt in princ.ſupra.de his qui ſunt ſui vel alie-
ni iu.igitur ad poſitionem rerum religioſarum,ſe-
quitur poſitio ludorum * Ben. certum eſt, quòd
371 mortui non ludunt ad aleas , † tamen non repe-
rio, quòd ludi ſint contrarij religioni,intelligẽdo
de illa religione : de qua loquitur ille tit,ſcilicet
de locis,in quibus cadauera inferuntur,quæ reli-
gioſa appellantur. §. religioſum. ſupra de rerum
diui.Hęc magis diuerſa,quã cõtraria dici poſſunt
vt latius patet ex iis quæ dicemus infra de actio.
§.actionũ.ſed bene ſi de religione,& chriſtiana in-
372 ſtitutione loqueretur ille tit. vtique † contrarius
eſſet ei ludus alearum , ex effectũ qui ex eo ſequi-
tur,vt ibi imperator in d.l.fi. demonſtrat. * Oze.
poſſumus reſpondere , quòd imò in nigro fit
mentio de aleę luſu. vt in illa conſtitutione græ-
ca,quam Imperator ibi appoſuit,tamen rubr.illa
373 ſuperfluò videretur loquuta* Ben.† ſed Ioã.Fab.
& Ang.ſupra de hęre.quæ ab inteſt.in rub.dicunt
illam conſtitutionem non eſſe de nigro illo,quos
ſequitur Iacob.niger in l.j. ff.ſi cer.peta.quod nõ
eſt impoſsibile credere,præſertim cum videamus
nonnullas voces inſertas , nullum ſignificatum
ſubſtinere,& nuſquam eas ſe legiſſe.Alcia.peritiſ-
ſimus græcarum literarum teſtatur lib.1.præter-
miſſorum,ver. luſum aleę,adeo quod hodie eſſet
ariolus , qui ſciret illos quinque ludos permiſſos
à Iuſtiniano ibi. quãuis forſan hoc officium diui-
nãdi exercens ibi.Accur.varias accõmodat expo-
ſitiones , & poſtquã materia ludi nobis ſe offert.
374 Sciatis † quod ille eſt actus quidam gratia recrea-
tionis,vel ceſſationis , quandoque ex ſola fortu-
na , quandoque ex ſola induſtria , quandoque ex
vtraque proueniens,ſecundum Soc. conſ. xvi.cir-
ca prędicta lib. 1. ſequitur Caccial. in tractatu
365 de ludo , circa princip. † Ludus dicitur à luſione
376 ex mente vallæ,lib.iiij.latinæ linguæ † & triplex
ludus reperitur , alius enim conſiſtit in ingenio,
alius.n.ludus conſiſtit in fortuna,alius in ingenio
& in fortuna ſimul. Paris de Puteo.& Caccialu.
in ſuis tractatibus de ludo,doc.in ca.pe.de vi.&
honeſ.cleri. In ſolo ingenio conſiſtit ludus ſcac-
377 chorum † qui fuit repertus in bello Troiano vna
cum ludo alearum à Palamide vt per docto.in d.
tractatur de ludo , vbi volunt ludum pylæ conſi-
ſtere in ingenio,ludum vero alearum , partim in
ingenio, & partim in fortuna , ludum verò car-
tarum , & Azar. qui ludi omnes ſunt prohibiti
378 exceptis iis qui in ingenio conſiſtunt. † in qui-
bus non licet ludere vltra aureum l.fin.& ibi glo.
C.de Religio.& ſumpt.fune.dummodo loco con-
gruo,ac tempore licito,exerceantur.§ primo.ver.
itaque ſupra de l.aquilia. capitulo cum decorem
extra de vita & hone. cler. ſed ludos prohibitos,
vbique prohibitum eſt exercere.vt eſt ludus Aza-
ri,Alexander. conſ. 77. libro quinto , collumna
finali,& gloſſa & docto.in capitulo clerici,de vi-
ta & hone. cleric. & hinc eſt quod Andreas de y-
379 ſernia in conſtitutione regni dicebat , † quod
doctor efficitur infamis qui iis ludis vetitis incũ-
beret,idem dicendum eſt & multo magis de cle-
rico , vt in capitulo inter dilectos,de exceſsibus
380 prælato. † ex quo notat ibi multum ſignanter
Abb.in ſecunda notatione quod ſi conuincatur
clericus aleator,poteſt irritari collatio beneficij
facta in talem clericum , & ſubdit quod nihil fa-
ceret conſuetudo in contrarium , quia magis
corruptela eſt , capitulo cum decorem de vita
381 & hone.cleric. † Sed ludi in induſtria conſiſten-
tes ſunt permiſsi,tum ad recrationem animi,tum
ſalutis corporis,tum etiam ingenij , & hinc eſt,
quod Quintus Mutius Sceuola , certa temporis
parte pylæ incumbebat:idemque feciſſe Galenum
tradit Cagn. in quadam ſua epiſtola impreſſa in
frõte ſuarum lecturarum, nam nõ eſt ſemper ſtu-
dendum,ſed certis temporis partibus , quieſcen-
dum,& animi recreationibus ſtudendum:ad hoc
vt animus minus fatigatus magis proficere poſsit
882 † modo temperamineque adhibendo,ne quis in
Portij errorem incidat , qui cum ſtudijs operam
nauaret,ab eis non poterat ſeparari , cum poſtea
ab eis ſeparatus , animum ludis applicabat , ab
illis reuocari nequiret , ſecundum Cagn. ibi. &
ludus ſacchorum valde eſt diligendus , ex quo
tot noſtros iuris interpretes. queſtionem elicere
& reſoluere paſsim videmus. vt à Bar.in lege Se-
natores.ff.de Senatoribus. & in lege legatis.§.or-
natricibus.ff.de leg.iij. Chriſtofor. port.in. §.il-
lud ſupra de rerum diuinarum,de hac mat.latius
videatis per d.ſcribẽtes in d.tractatu,& latiſsimè
Coſtam in tractatu ſuo de ludo. * Ozer. proſe-
quamur noſtram materiam,& reſpondeo ad ru.
C.de rebus credi.& iu. iuran.& dico , quod illa
non eſt generalis,imò quòd in nigro quoq; tracta
tur de cõtractibus vt in l.in actionibus ti.eo.& ſic
de reb.cre.imò de quaſi cõtractu,vt de tutela & ſi-
milibus quæ non ſunt credita propriè,ſed impro-
583 priè.*.†.aduerte,quod incidẽter tractatur ibi de
iis cõtract.& non principaliter, quia nõ eſt mens
tex.ibi principaliter tractare de eis:ſed de iure iu-
rando,ſed occaſione iuramenti in quandam con-
ſequentiã tractat de eis,adeo quod non habito re-
ſpectu ad rub.compilatores ibi hanc materiã tra-
ctauerint,quia ſi hoc fuiſſet, debuiſſent etiam po-
nere ibi Rub.de actio.cũ de illis in multis legibus
dicatur,itẽ de ſentẽtia,cũ de illa dicatur.in l.ſi quis
itẽ de ingenuitate,cũ de ea ponatur in l.cũ propo-
nas. * Oze.Non obſtat rub. C. de ſponſ.& pro-
xeneti.quia dico quod in nigro de vtroque fit mẽ
tio.vt in l.fi.§.in ſimplũ cod.tit.vbi dicitur,quod
mulier minor ſi cõtraxerit ſpõſalia,& arras acce-
perit,ſiue per ſe,ſiue per tutorẽ, ſiue per curatorẽ,
ſiue per aliũ,& noluerit exequi ſponſalia. tenetur
reſtituere